

EPISTOLÆ

tricationibus, non accurrat? Cur Re-
verendissimi & Illustrissimi Marchio-
nes Brandenburgici, Magistri Ordinis S.
Johannis, Te, præ reliquis, ad Cæsa-
ream Majestatem legatum; in diversis
suis ad Principes itineribus comitem
sibi delegerunt? Cur Idem Te in
numerum suorum Consiliariorum co-
optârunt? Idemque jam dudum sa-
cris ejus Ordinis initiatum Commen-
datorem designarunt? Annon, quia
idem, quod nuper (Te quidem non
audiente) Consiliarii Cæsareæ Ma-
jestatis primipilares, senserunt? Te
nempe virum esse πολλῶν ἀνταξιον ἀκ-
λων.

Etsi autem hæc admiratio tuarum
cùm virtutum, tùm fortunæ; quan-
do juvenis adhuc, & gravissimis de-
liberationibus exhibitus, ea de Te
senilis prudentiæ documenta in Di-
casterio Provinciali, & Conventibus Or-
dinum publicis, præbuisti; ut indies
non tantùm ad priores dignitates
major